

Viro Clarissimo  
Gottlieb Cortio  
S. P. d.

J. Bentzenius.

De ms. Leiden. libris omnem adhibui curam, ut eorum  
varias lectiones usibus tuis pararem, deq. hac re. cum  
aliquo meorum Amicorum per litteras egeram, qui  
etiam animo paratissimo hoc quantum est oneris  
in se suscepit, et summa cum cura collationes  
instruere receperat, cum subito G. Burmannus Mss.

Le daturum negavit. Incertum qua de causa. Subiratum  
 ferunt praecipue ob crisin, quam expertus est in  
 Actis vestris Valerii Max. Editor. Sed haec Tibi in  
 aurem dico. Quare admodum miror, quod Scribis, intel-  
 ligere Te, Cl. Burmannum, quantum ex litteris ejus  
 videas, nullam obsecrandum moram. Ipse hac de re  
 praesens cum Viro Cel. agere non potui, sed cum  
 cras Trajectum, et inde Lugdunum mediter, quid  
 consilium nostrum retardarit, exquirere conabor.  
 Si minus per Burm. licent, Gronovium, qui tamen  
 non adeo facilis esse solet in communicandis Collat.,  
 adibo, et, si quid effici queat, summa diligenter  
 curabo, ac si res esset mea, et studio etiam majore.  
 delata est hinc diebus ad me nova Seneca Tragici  
 Editio, miror Hominis consilium, velle alia via  
 Loc quis aggressus fuisset, sed ab eo proposito

saepe frustra eum deterrere conatus sum. Audendorpii  
 quoque Jucanis lucem adspicit, sed brevi cupimus eum  
 etiam tua cura videre emendatorem. Vale. Per  
 Cel, et de Rep. litteraria optime mereri perge.  
 Si quid ad Aurschum conferre velis, et collationes, si  
 quas nancisci poteris, mecum communicare, minus tibi  
 longe gratissimum praestabis. Verum vale. Vastum daban  
 Noriomagi. VI. Id. Januarii. 1728, qui ut prospere  
 tibi decurrat, ex animo roveo.

Mr. Spang Monitors

4

Monitors Gotch's Copies  
Expenses for cable

a

Sept 29